





Ed. 1.  
574  
316  
13

DECA S<sup>928</sup> K<sup>944</sup>  
CONTROVERSIARUM  
De  
CITATIONE,

Quam

D. O. M. A.

In Illustri Academia VVittebergensi

PRÆSIDE,

Viro Clarissimo & Consultissimo

DN. CHRISTIANO Krembergi

J. U. D. Præceptore ac Promotore suo æta-  
tèr colendissimo

*judicio differentium*

formandam & firmandam  
proponit, exponit

MARTINUS Schröter VVitteberg.

*Ad diem 8. Decembris horis matutinis.*

*Naturalem homines ad dissentiendum habent facilitatem.*

L. item si unus 17. §. b. ff. d. Recept. Arbit.

WITTEBERGÆ,

Ex Officinâ Typogr. GEORGII MÜLLERI,

ANNO MDCLXXX.

1690

DECAS  
CONTROVERSARUM  
CITATIONE

D. O. M. A.  
In Haerlem Academiæ Vindoburgensis  
PRAESIDE  
Viro Christianissimo & Cosmopolitano  
DNI. CHRISTIANO RICHMUNDI  
J. U. D. Praeceptore ac Promotore suo etc.  
et in collegiis suis

formidantibus insumptum  
procedit exponit  
MARTINUS GEORGIUS VINDOBURG.

Notandum hominum a se differre debent facillimum  
I. item si non est J. H. d. Resque ad hic  
WIPPERG A.  
Ex Officina Typogr. GEORGIUM MILLERUM  
Anno 1700 XXX





# IN NOMINE JESU!

## Præfatio.

**U**lpianus in *L. 1. ff. de suspectis tut.* dicit, quæ quotidiana & pernecessaria sunt, quæq; in usu Practico frequenter occurrunt, plenius, pinguius & accuratius tractanda & enucleanda venire. Quia itaq; materia de CITATIONIBUS, est frequentissima, ut docent tribunalia omniaq; comprobant judicia, operæ pretium existimavi, controversias quasdam examinandas placidæ disquisitioni subicere. Quod ut faustis avibus fieri possit, solus faxit ille TRIUNUS, cujus favore, gratia & auxilio omnia conficiuntur. *L. tanta. 2. §. 1. C. de Veter. jur. enucl.* Et ad omnia consilia omnesq; actus semper progredimur. *L. In nomine. 2. in pr. C. de off. Præf. Præf.* Sit ergo

## CONTROVERSIA I.

### *Ancitatio ab in jus vocatione differat?*

Videtur primo dicendum quod sic 1. Ratio, quia in jus vocatio fieri potest à privata persona: Citatio vero per præconem fit, *L. 7. ff. de in integr. rest.* 2. In jus vocatio ab ipso auctore propriâ authoritate, irrequisito judicis jussu expediri potest, usq; adeò, ut sequi vocatus detrectans, aut in judicio sistendi causa cavere nolens, rapi, & ad tribunal respondendi causa duci possit. *arg. L. si verò §. qui pro 1. ff. qui sandar. cog. L. Si eximendi. 4. in pr. ff. Ne quis eum qui in jus voc.* 3. Citatio fit in foro, judice sedente pro tribunali. *L. 7. ff. de*

*in integr. rest. sed vocatur aliquis in jus ex quocunq; loco juri-  
sditioni subjecto, nempe vinea, balneo &c. L. 20. ff. de in  
jus voc. Verum communi Practicorum usu ab in jus vocatio-  
ne citationem minimè differt testatur Vultejus Jurisp. lib. 2.  
cap. 28. Wesemb. in par. ff. de in jus voc. n. 13.*

## CONTROVERSA II.

### *An Parentes in jus vocari possint?*

Negandum existimo, quia violatur, hæc reverentia, non modo invitum, ut olim, ducendo, sed & ipso genere actionis famosæ puta, est pudorem sugillantis per *l. non debet* xi. §. i. ff. de dolo malo *L. parentes* 6. ff. de in jus voc. Quippe hoc non saltem lex Divina, jubet in quarto præcepto ubi JEHOVA dicit, Honora Patrem & matrem tuam, ut sis longævus super terram : Verum etiam naturalis ratio hoc ipsum dicitur, ut liberis non modo sanctam & honestam semper sibi parentum personam habeant, uti constat ex *L. Liberto* 9. ff. de obseq. par. & parr. prest. sed & omnibus, quibus possint modis, gratiam rependant. Hinc Pittacus admonens filium, ne cum Patre in judicio litigaret, his verbis usus est: Si patre iniquiora dixeris, damnaberis: Sin æquiora, vel ob id istud damnari dignus es. *Stob. serm. 177.* Hoc & pari ratione rectè ad matrem extendi potest, per *d. L. Parentes* 6. ff. d. in jus voc. *L. quoq; litigandi* 4. §. *Parentum* 2. ff. d. t. utpote quod ei liberi ante partum dicantur esse onerosi, in partu dolorosi, post partum laboriosi, *cap. ex literis* 2. de conversion. infidel. De Parentibus spiritualibus nonnulli dubitant; at ego puto, quod quemadmodum filius non potest in jus vocare Patrem & matrem naturalem, ita nec Patrem & matrem spiritualem *Dd. communiter, in L. Generaliter* ff. de in jus voc. *Zaf. in S. pœnales. Inst. de action.* Ratio hæc esse potest, quia patres nostros spirituales ita diligere debemus, sicut carnales. *c. ita diligere.* 3. *c. qui dormierit.* 37. q. 2.

CON-

CONTROVERSIA III.

*An Præceptor à suo discipulo sine venia in  
jus vocari possit?*

Si rationem juris consulas, magis est, ut hoc negemus, contra Joan. à Platea in §. pænales Inst. de action. qui existimat præceptorem in jus vocare sine venia & impunè posse. Zasius in d. §. Pænales. Inst. de act. n. 32. in dubio hoc relinquere videtur. Verùm Menoch. d. Arbitr. lib. 2. cent. 5. Cas. ult. n. 2. & 3. dicit, quod non possit à discipulo in jus vocari sine venia imo judicis arbitrio, puniendus est discipulus, qui sine venia præceptorem in jus vocavit. Ratio autem potissimum hæc est, quia parentum loco sunt, L. & Divi. 4. C. de loc. & cond. L. aut factio. 16. §. 2. ff. de Pæni. Atqui parentes in jus minimè vocari in præcedente controversia ostensum fuit. E. Hinc juvenalis.

DI Præceptorem, Sancti voluere parentis  
esse loco

Rectè & Alexander Magnus, Aristotelem, cui puer formandus fuerat traditus, summâ veneratione prosequabatur, dicens: Se illi non minus quam Patri debere, quod à patre vivendi, à Præceptore benè vivendi initium accepisset. Plur. in ejus vita.

CONTROVERSIA IV.

*Pupillus tutore carens an in jus vo-  
cari possit?*

Negantium opinioni adstipulor: Non quidem propter interdictionem Prætoris manifestam, quia illorum in hoc edicto planè non fit mentio, sed quod legitimam ac justam personam standi in judicio non habeat: L. in rebus 2. C. qui legit. Person. stand. in judic. Consultissimum igitur erit, ut ipsorum nomine tutores, si quos habent, citentur, qui durante tutelæ administratione, in rebus eorum habentur dominorum loco. L. Tutor. 27. ff. pro empt. L. interdum fur.

*fur. 56. §. qui tutelam 4. ff. de Furtiv. Sin verò iis desituntur, citandi tunc sunt ipsorum agnati & cognati. L. hæc autem 5. §. non defendi ff. qui & ex quibus caus. in poss. eat. At in causis adulterum quomodo procedendum? Imperator in L. Herere 1. §. causis 3. ff. de administr. tut. respondit: Quod nempe ipsum adultum in iudicium verbaliter vocare adversarius possit; ita tamèn, ut consensu curatoris conveniatur, vel potest contra ipsum curatorem agere, ut ipse litem suscipiat, in absentia autem adulterum omnimodò contra curatorem agendum existimo.*

#### CONTROVERSIA V.

### *Vasallus an sine venia dominum in ius vocare possit?*

Qui negativam veritatem putant, pro se non minus adducunt, *cap. 1. §. si vero 2. F. 22.* ubi habetur, quod Vasallus semper personam domini honestam & sanctam habere debeat. 2. Utuntur argumento à Liberto ad Vasallum; nam sicuti libertus sine venia Patronum in ius vocare non potest, *L. Libertus 14. & ult. ff. de in ius voc.* ita ne Vasallus dominum præsertim si de ipso fundo sive re feudali adversus Dominum agere velit, vide Everhard. *in Topic. in loc. à Libert. ad Vasallum.*

Verùm ego exercitij causa an contrarium verius, tentabo: Ratio quia Edictum Prætoris quò certæ quædam personæ in ius vocari sine venia prohibentur Vasallum minimè comprehendit. Ergò: Cum igitur hoc edictum sit poenale ac odiosum. *L. penult. ff. de in ius voc.* merito igitur arctandum ac restringendum. Quod enim prohibitum non reperitur permissum esse creditur. *L. Cum Prætor 12 ff. de iudic. L. Abea. 5. ff. de Probat. l. Hæc non 28 §. Quod ejus 2. ff. ex quibus causis major Mynsinger. 4. observ. 92. in fine,* ubi dicit, quod suo tempore ita observatum fuerit, quæ sententia etiam magis recepta est rationibusq; fortioribus defendi potest.

CON-



CONTROVERSIA VI.

*An Papa, Imperator, vel alius Princeps  
de plenitudine potestatis citationem  
omittere possit?*

Negativam tuebor per cap. quoniam ii. de probat. Clement. Pastoralis ad fin. de sent. & Re jud. & hoc adeo verum ut si omittatur, processus reddatur nullus. Deinde quia citatio est species defensionis, quæ nemini denegari debet L. 7. C. de jur. Fisci. L. fin. C. de LL. L. ut vim 3. ff. de I. & I. L. scientiam 45. ff. ad L. Aquil. L. ait Prator. l. §. 27. ff. de Vi & Vi arm. c. cum olim 7. d. dol. & contum. c. olim causam 12. de Restit. Spoliat. Excepto tamen casu, ubi omnis cessat defensionis ratio argumento L. 4. §. 3. L. 28. pr. ff. de Fidei. Libert. Unde Deus Ter Optimus Maximus, cum vellet vindicare Adami inobedientiam, Genes. 3. v. 10. & Sodomæ scelera Genes 19. per tot. neutiquam omittere, nec præcipitanter progredi voluit. C. Deus 2. q. 1. C. 24. Extr. de accusat. Qua de re rectè Poeta canit:

*Citatio jacet ratio  
processui fundamina:  
que firmiter ni jecerint  
Frustra laborant iudices,  
Et actus omnis irritum,  
Quamvis ovis vel Pontifex  
Vel imperator inchoet,  
Habet impeditus exitum.  
Justissimus rerum Sator  
Reos. Adamum & conjugem,  
Nigri priusquam tartari  
Damnabat ad pœnas, vocat.*

CON-

CONTROVERSIA VII.

*Citatio utrum die feriato fieri possit?*

Quod possit fieri concludimus; hac tamen limitatione, ut fiat ad diem non feriatum, verum si ad diem feriatum facta sit, comparere citatus non tenetur *Dd. communiter in L. fin. C. de feriis*. Debet autem citato cognitum esse, utrum terminus præfixus sive destinatus sit juridicus nec ne *arg. L. ex quacungq; 2. ff. si quis in jus voc. non erit. C. conquestus 9. de Feriis videatur Gail. 1. observ. 53. n. 5.* Huc pertinet quod scitè ac prudenter JCtus quidam interrogatus, quidnam feriis agi liceret. Resp. Quod noceret prætermisum.

CONTROVERSIA VIII.

*Ad certam causam citatus, nunquid cogatur respondere ad alia, ad quam non est citatus?*

Negantibus adsentior, per *L. 2. §. 3. ff. de jud. ubi n. dicitur, quoniam ob aliam causam venerit, L. 5. in pr. ff. quod vi aut clam. Authen. offeratur C. delictis contest. arg. L. ex quacungq; causa 2. ff. si quis in jus voc. non erit. cap. exposuisti, fin. de dilat. cap. Maximilianus 6. Distinct. 81.* Ibi enim ratio hæc redditur, ut citati sufficienter parati ac instructi, ad iudicem quid ipsis respondendum sit, accedant, *cap. Præterea 2. de dilat.* Cum alias citatus minimè divinare possit, ob quam causam in iudicium vocetur. An autem causa citationi necessariò sit inferenda, nonnulli dubitant? Ergo inferendum puto: quia ad expediendam citationem maximè requiritur. *Concammergerichts Ordnung Sentit part. 3. tit. 12. §. vnd sollen, ibi enim expressè hæc habentur verba vnd sollen in solchen Ladungsbrieffen/vnd Processen/die Sachen/darumb jemand citiret, oder für geheissen wird/bestimmet werden/dermassen/das der citirt, oder antworter/auff angesetzten Tag gefast erscheinen/oder seinen Anwalt/das er vff die Klage handeln sol/berichte*

bercht thun möge/ vnhottürfftig dilationes vnd verlengerung  
der sachen damit abzuschneiden. Hoc tamen ita accipiendum,  
non quasi integer tenor libelli citationi sit inferendus, sed  
quod sufficiat, in genere ac breuiter illud exprimi, quare,  
quis citetur, ac requiratur videatur, Landrecht part. 2. art. 2.  
in verbo, Herz Richter mir ist hierumb nit her beschleden. Ehur.  
vnd Fürstliche Sächsisch: Hoffgerichts Proceß. cap. 7. pag.  
mibi 9.

#### CONTROVERSIA IX.

### *A Iudice incompetenti citatus an com- parere teneatur?*

Et quia utraq; sententia periculi plena habet suos Pa-  
tronos & non tantum Græcis, sed etiam Trojanis sui sunt  
Dii; primo loco videtur, quod teneretur comparere, *arg. L.*  
*Si quis ex aliena. ff. de Judic. L. 1. §. 1. ff. si quis in ius voc. non ierit,*  
ubi habetur si quis à iudice incompetenti citatus prætendat,  
se ad comparandum non teneri, quod nihilominus tamen  
venire debeat & allegare suum privilegium, imò & causas,  
quare non teneatur. In contrarium vero allegatur, *L. con-*  
*tumacia & ibi Dd. ff. de Re jud. habetur ibi, si notorium sit, ali-*  
*quem citari, à iudice incompetenti, quod non teneatur ve-*  
*nire, nec per hoc incurrat pœnam contumaciæ, Ego priorem*  
*sententiam utpotè magis firmiorem amplector, vide Dynum*  
*ad c. Ea q; 26. extra d. R. I. in 6. n. 3.*

#### CONTROVERSIA X.

### *Si citatus negat se citatum non esse cuius dicto stetur, nuncii vel ne- gantis?*

Et in dubio hac in re nuncio utpotè jurato & de suo of-  
ficio testificanti creditur; donec contrarium optimis proba-  
tionibus ostendatur, *per gl. in c. si testes 4. q. 3. verb. in execu-*  
*toribus*

B

toribus *Wesemb. in Paratit. de in jus voc. n. 13.* Et hoc quidem propter electam fidem personæ & juramenti religionem, qua iudicio obstrictus est. *Gail. 1. obs. 54. n. 4.* Alii dicunt, si citatus esset persona circumspecta, & fide digna, juratoq; assereret, se nunquam citatum fuisse, huic magis credendum esse quàm nuncio.

Coronidis loco placet ponere hunc casum :

Quaedam virgo schedulam scripsit adolescenti propria manu, & in hac schedula habentur hæc verba, *Ich bin dein/ du bist mein/ mich vnd dich scheidet niemand nicht/ Allerliebstes Lieb: Ewer Herz ist mein Herz/ das weiß Gott/ ich neme keinen andern denn euch/ Ihr seyd mein/ ihr bleibet mein/ es verdriesse wem es wolle/ liebet mich/ wie ich euch.* Et huic schedula virgo se nomine proprio subscripsit, cognomine verò sibi ad adolescentis nomine & cognomine mutuato; ex his spinosa admodum & ambiguo Marte disceptatur quaestio, *sic*, ob von wegen solcher Wort vnd Brieff matrimonium firmiter contractum sit? Ego Castra affirmantium (salvo tamen aliorum iudicio) saluto. Mecum videtur facere *c. pen. Extra de sponsal.* ubi clarè habetur, quod matrimonium contrahatur mutuo consensu, verbis consuetis expressio; & additur, sive dicant contrahentes invicem, *Ego accipio te in meum & meam*, sive alia verba consensum de presenti exprimentia, per istos adhibeantur. Verba autem, *Ich bin dein/ du bist mein/ ihr seyd mein/ ihr bleibet mein/* consensum de presenti exprimere nemini ut arbitror esse dubium. Ergo firmiter colligitur contractum matrimonium. Secundo facit ipsa matrimonii definitio, quod nimirum dicatur, viri & mulieris conjunctio, omne vitæ consortium ac individuum consuetudinem comprehendens *s. nuptia 1. Inst. de Patr. Potest & L. 1. ff. de Ritu Nupt.* Hinc ita argumentor: Ubiq; talis consuetudo promittitur, matrimonium videri promissum, omnis enim bona definitio convertitur cum suo definito, *L. 1. §. dolum ff. de dolo.* His autem verbis: *Mich vnd dich scheidet niemand nicht/ ihr seyd mein/ ihr bleibet mein* individuum

viduam certē vitæ consuetudinem promittunt, Ergo. Ra-  
tio rationis, quia verba actum jam perfectum ostendunt.  
His adde, quod non tantum viva voce, sed etiam per Epi-  
stolam, vel nuncium matrimonium contrahi possit. *L. suffi-  
cit. 4. & L. fin. ff. d. Spon. L. Mulierum 5. ff. d. Rit:*  
Exempla sunt odiosa *nuptiar.*

SOLI DEO GLORIA.



SOLO DEO GLORIA



WITTENBERG, Diss., ERG. B. D.,  
1. 1612/1667

ULB Halle  
005 377 20X

3



nicht verbewerten

W 177

Wilb. Felger  
Buchbinderei  
Bismarckstr. 8







B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

*Lib. 1.*

C A S928 K 944

UNIVERSIARUM

ATIONE,

M. A.

à Vittebergensi

IDE,

Consultissimo

ANO Kremberg,

Promotore suo æta-

issimo

ntium,

firmendam

xponit

proter Vitteberg.

is horis matutinis.

endum habent facilitatem.

ff. d. Recept. Arbit.

R G Æ,

ORGII MÜLLERI,

c XXX.

13

